



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Antipharmacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40295**

quam reseruatus sit: pœnam reseruari, non est dubium; de quo  
estō aliorum iudicium.

### Antipharmacum.

DE quo Lutherus hic se ambigere scribit; illud po-  
stea in omnibus suis scriptis, quasi ex tripode, absque ul-  
la hæsitatione decidit ac definiuit: nempe nulla penitus  
peccata committi posse; quorum cognitionem, diudi-  
cationem & absolutionem superior sibi reseruet; quod  
perinde est, ac si diceret; nullum tam atrox crimen in  
Imperio, Regno aut Principatu patrari posse, quod suo  
tribunali Imperator, Rex, aut Princeps reseruare queat,  
adempta inferioribus iudicibus de eo cognoscendi fa-  
cilitate ac potestate. Mirum certè foret, si Princeps, iudi-  
cum inferiorum, ad quos omnis iurisdictio à principe  
manauit, potestatem restringere, & certis limitibus cir-  
cumscribere non valeret. Idem & in nostro proposito  
cogita; cum iurisdictio, qua inferior sacerdos peccato-  
res absoluit, non nisi à superioribus descendat, qui pro-  
inde possunt eam aut extendere aut contrahere, prout  
ad salutem animarum expedire videbitur.

Quæritur XXI. Quid confessario agendum sit, si con-  
fitebatur vinculo excommunicationis aut alterius censuræ  
illigatus sit. Respondet Islebicus Casista in Traict. de Ra-  
tione Confitendi: *Nec in pœna remissione nimium sit scrupu-  
lus confessor vel confitens. Pœnam intelligo, excom-  
municationem, vel quamlibet Ecclesia cen-  
suram, seu, ut vocant, fulmina  
& tonitrua sua.*

*Vide capitul. Babylon. cap.  
de Pœnitentia.*